



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Poenitentiis Et Remissionibus. Titvlvs IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

DE POENITENTII ET REMISSIO-  
NIBUS.

TITVLVS IX.

CAP. I.

*Damnatus ad mortem hoc poenitentibus, poenitentia concedi debet: nec valet contraria consuetudo. Secundo, locorum ordinarius ad hoc exequendam excitat: ibi, Locorum, h. d. Ioan. And.*

*Clemens V. in Concilio Viennensi.*

**C**um a secundum statuta canonica ultimo depurandis supplicio, negari (si petant) non debeat poenitentiae sacramentum, abusus damnabilem in quibusdam partibus contra hoc introductum aboleri omnino volentes, iustitiam omnes & dominos temporales, ut ab huiusmodi desistat abusu hortamur in Domino, & obsecramus per viscera misericordiae Iesu Christi: Locorum ordinarius nihilominus impungentes, ut eos ad hoc cum primam commodè poterunt diligenter monere, & (si necesse fuerit) ecclesiastica censura compellere non omittant.

CAP. II.

*Repeti concilium generale, de quastoribus non admittendis, sine literis Apostolicis vel diocesani. Et addit per diocesanos literas Apostolicas prius examinari. h. d. Io. And.*

*Idem.*

**A**busionibus b, quas nonnulli elemosynarum quastores in suis proponunt praedicationibus, ut simplices decipiant, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, cum in animarum cedat periculum, & scandalum plurimorum, viam (prout est nobis possibile) pracludere cupientes, iuxta statuta d concilii generalis duximus prohibendum districte, ne quastores aliqui (nisi Apostolicas vel diocesani Episcopi literas exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur (cum solum ipsis competat indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitativa postulare subsidia suppliciter ab eodem) ullatenus ipsi populo praedicare, nec aliud exponere, quam quod in literis continetur supra dictis. Literas quoque Apostolicas diocesani Episcopi (ne quid fraudis committi valeat per eandem) antequam admittant, quastores ipsos examinent diligenter.

*Tonit uero reprehensibiles alius quastorum, quos fieri prohibet: & contraria privilegia revocat. Ioan. And.*

Ad hac cum aliqui ex huiusmodi quastoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu suo proprio de facto concedant, super votis dispensent, a perjuriis, homicidiis, & peccatis aliis sibi consentientes absolvant, male ablata incerta (data sibi aliqua pecuniae quantitate) remittant, tertiam e, aut quartam partem de poenitentis iniunctis relaxent, animas tres, vel plures parentum vel amicorum illorum, qui elemosynas eis conferunt, de purgatorio (ut asserunt mendaciter) extrahant, & ad gaudia paradisi perducant, benefactoribus locorum, quorum quastores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipsis eos a poena, & a culpa (ut eorum verbis utamur) absolvant.

Nos abusus huiusmodi, per quos censura vilescit ecclesiastica, & clavium ecclesiae auctoritas ducitur in contemptum, omnimode aboleri volentes, ea per quoscunque quastores fieri vel attentari de cetero distinctius inhibemus: Omnia & singula privilegia, si qua super praemissis, vel eorum aliquo, sive aliquibus locis, ordinibus vel personis quastorum huiusmodi quomodolibet

a Vide notata per Doll. in c. 2. ext. de furis. b Quastorum nomen & usum omnino abolevit Conc. Trident. sess. 21. de refor. c. 9. c al. edunt. d al. statutum. e al. ita: tertiam aut quartam partem aliu de poenitentis, &c.

cunque a concessa (ne ipsorum praetextu sit eis maiora ulterius praesumentendi) auctoritate Apostolica, statim ad praemissa, poenitus revocantes.

*Delinquentes quastores per Episcopos puniri praecipit, nisi iustis rebus privilegia h. d. Ioan. And.*

Quastores autem, qui deinceps in praemissis vel alio praemissorum deliquerint, vel alias etiam quibuscunque suis privilegiis abuti fuerint, sic per locorum Episcopos puniri volumus (nullo profus eisdem quastoribus parte privilegio susfragante) quod a suis venerabilibus, qui ubique (ur communis habet assertio) nimis excreverunt, poenae formae propius compellantur.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS,  
SUSPENSIONIS ET INTER-  
DICTI.

TITVLVS X.

CAP. I.

*Religiosi etiam exempti violantes interdictionem ipsorum per locum Apostolicam vel ordinariam loci vel generalium ordinum, fallam per provinciale concilium, vel non, qui non possit, servatam per cathedrales, vel manuum archiepiscopos, excommunicationi suae ipsi facto: Non obstantibus privilegiis, exemptionibus, consuetudinibus & statutis, & quibuscunque. h. d. Ioan. And.*

*Clemens V. in concilio Viennensi.*

**E**x b frequentibus praetoribus quastores committimus, & nos ipsi experientia certa prohibemus, in minoribus constituti, quod pietate magis nunc patenter excusationibus facias & simul contentes, tunc latenter ecclesiarum suarum ianus perstratis, aut in eis factis fenestris, seu motis aliter quibus non absque damno cathedralium, & parochialium ecclesiarum & scandalum plurimorum, ducuntur nervum ecclesiae disciplinae, civitatum, terrarum, & aliorum generalia locorum interdictione damnabili violare praesumunt. Nos propterea sancta Dei ecclesiae, cui (disponente Domino) praesumus: quae quidem unica est, & unum Deum parentem atque colit, unam fidem firmiter & simpliciter creditur, uniformitatem (quoniam commode possunt) conservare volentes: circa interdictionem ad praemissa praedictorum auctoritate sedis Apostolicae, vel locorum ordinarius postoribus, de statum mandatum, praesens consilio districte praecipiendo mandamus, praesens consilio quoscunque, tam exempti quam non exempti, quoscunque ordinis & conditionis erunt, cum cathedrali vel matricem, seu parochiam e loci ecclesiam illa viderint, aut seiverint obstruere (non obstruere quibuscunque appellationibus, nec etiam ad eandem sedem, vel alium, seu alios interitus, & alios obsequibus, quibuscunque) absque dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis Almae, invidiabiliter conservent. Alioquin non servantes, excommunicationis sententiae hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictionibus, & in cessationibus a divinis ad praemissa per provincialium conciliorum statuta, vel ipsorum auctoritate, cum majus sit provinciale concilium, quam singularis praetor Provinciae, ac iudicium verum, quod plurimorum sententis comprobatur, volumus observari. In cessationibus vero generalibus a divinis, civitatum, terrarum, & aliorum locorum, quae aliquando ex consuetudine, vel aliis capitula, collegia

a Aliquo modo. b Not. ex verbis frequentibus, quod in ra adoptantur ad ea qua frequenter emergunt de hoc, ut desuper tempus literas Zabarel. c Hac duo verba, seu parochiam, desunt in antiquioribus exemplis, etiam impressis. d Al. ita: invidiabiliter ea servent.

